VANDALVS.

FVit hic Vandalus pronepos Manni regis Germaniæ, atqꝫ apud Tuiſcones regnauit eo tempore cum Altadis duodecimus rex Babyloniorũ Monarchiam teneret, anno poſt diluuium 61 . Viuebat etiam tum Prometheus uir ſapiẽtiſsimus. At Vandalus regni ſui ſolium trans Viſtulam in ora ſinus Venedici collocauit, atque eius regionis incolas de ſe Vãdalos nominauit, qui iuxta Plinium primum genus Germanorum conſtituunt. Illi poſtea emporibus Theodoſij Imperatoris Aphricam inuadentes Carthaginem ceperunt, atque Germanorum nomen longe lateqꝫ celebre reddiderũt. Cum autem Vãdalus per annos plus minus ſexaginta rebus in Germania præfuiſſet, mortuus eſt, atque regni habenas ſoboli per manus tradidit. Beroſ.